UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Paradisus, Patria nostra. Gradus 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

PARADISUS,

Patria noſtra.

XLI.

Patria noſtra, quam inhabitat Pater noſter.

Si in cœlo habemus noſtrum Patrem, qui eſt Deus, in cœlo quoque erit noſtra Patria. Et hunc in finem, ut notat Theodoretus, dicitur in oratione Dominica (*Qui es in cœlis*) *ut oſtendat tibi Patriam tuam, & domum paternum.*

XLII.

Patria noſtra terminus dolorum.

Ibi abſterguntur lachrymæ, quas in exilio præſentis vitæ profundunt protoparentis Adæ filij. *Qui gemit hic peregrinus, ibi gaudebit civis.* O beata Patria, beata civitas! O beatæ lachrymæ! **S. Aug. in Pſal.**

XLIII.

Patria noſtra, amoris noſtri receptaculum.

De Patria terrena loquebantur Gentiles, quandò dicebant: *Commune Patria ſolum charum, jucundum ac delectabile.* Jure profectò longè æquiori id affirmandum eſt de Patria cœleſti: *Cæleſtis Patria ſolum charum, jucundum, delectabile*: adeo ut ſola illius boni memoria cunctorum terrenorum bonorum ſitim prorsùs extinguat. **Cice. lib. de Orat.**

XLIV.

XLIV.

Patria noſtra, refrigerium & fortitudo in adverſitatibus.

Seriò nobis cavendum eſt, exhortatur nos D. Gre-
gorius, ne conqueramur, expoſtulemus, & murmu-
remus de Deo, quandò nos inveniunt tribulatio-
& adverſitates, ne cum amiſſione rerum temporali-
jacturam quoque patiatur & anima: *Hortamur,*
mens onere tribulationis oppreſſa contra Deum non m-
muret: ne poſt amiſſionem rerum etiam animæ ſequa-
diſpendia. Et hanc fortitudinem acquirimus, quoti-
cunque recordamur, quod hic non habemus Patri-
permanentem, *ſed futuram inquirimus.*

S.Greg. l. 4 Ep. 25.

XLV.

Patria noſtra, ſpei noſtræ anchora.

Quemadmodùm materialis anchora in mare pro-
jecta firmam & à periculis ſecuram efficit navim;
eundem modum anchora ſpiritualis ſpei noſtræ
cœlo collocata immobilem reddit animam, ne va-
let, & in pericula tempeſtateſque vitæ hujus pr-
ruat. Quapropter hac ſpe animati, *erigite an-*
Tribulatio vires non opprimat: adverſa ſæculi pa-
ſuperet: & pompam Mundi mens ſecura deſpiciat;
deſiderium cœli verum Mundi parturiat
contemptum.

PARA-